

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXVI. De maledictione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

RESPONDEO. Dicendum, quod irrisio non fit nisi de aliquo malo, vel defectu. Malum autem, si sit maximum, non pro ludo accipitur, sed seriose. Unde in ludum, vel ritum vertatur, ex quo irrisio vel illusionis nomen sumitur, hoc est quia accipit ut parum. Potest autem aliquid malum accipi, vt parum, duplicitate. Vno modo, secundum se: alio modo, ratione persona. Cum autem quis alterius persona malum, vel defectum in ludum, vel ritum possit, quia secundum se parum malum est, est ve- nit, & leue peccatum in suum genus. Cum autem accipitur quasi parum ratione persona, sicut defecus puerorum, & stultorum parum ponderare volunt, sic aliquem illudere, vel irritare, est cum omnino parcipendere, & cum tam valem astimare ut deus malo non sit curandum, sed sit quasi pro ludo habendum: & sic derisio est peccatum mortale, & grauius quam contumelia: quia similiter est in manifesto, quia contumeliosus vir accipere malum alterius serio se, illu soratem in ludum, & ita videt esse major contemptus & dehonratio. Et si in hoc illusio & graue peccatum, & tanto grauius, quanto maior reverentia debetur persone, qua illuditur. Vnde grauissimum est irritare Deum, & ea que Dei sunt, secundum illud Isaiae 37. Cui exprobraisti? & quem blasphemasti? & super quem exaltasti vomnam? & postea subditur. Ad sanctum Irael. Deinde secundum locum tenet irrisio parentum: unde dicitur Proverbi 30. Oculum, qui sublannat patrem, & despiciit partum matris iux, effodiunt eum coru de torrentibus, & comedant eum filii aquae. Deinde iustorum derisio grauis est, quia honor est virtutis premium, & contra hoc dicitur Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas: quia quidem derisio validocua est, quia per hoc homines a bene agendo impediuntur, secundum illud Grego. Qui in aliorum artibus exorti bona respiciunt, mox ea manu pestifera exprobationis euellunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ludus non importat aliquid contrarium charitati respectu eius, cum quo luditur: potest tamen importare aliquid contrarium charitati respectu eius, de quo luditur, propter contemptum, ut dictum est.*

AD SECUNDUM dicendum, quod ille qui reciduit in peccatum de quo poenituit, & ille qui simulat, non expresse Deum irridet, sed quasi interpretari, in quantum scilicet ad modum deridentis le habet. Nec tamen uenialiter peccando aliquis reciduit, uel simulat, sed dispositiue, vel interpretari.

AD TERTIUM dicendum, quod derisio secundum suam rationem, levius aliquid est, quam detracatio, vel contumelia: quia non importat contemptum, sed ludum. Quandoque tamen habet maiorem contemptum, quam contumelia, ut supra dictum est,* & nunc est graue peccatum.

QVAESTIO LXXVI.

De maledictione in quatuor articulos diuisa.

Ostea confiderandum est de maledictione.

Ecce hoc queratur quatuor.

Primo, Vtrum licite possit aliquis maledicere homini.

Secundo, Vtrum licite possit aliis maledicere irrationali creature.

Tertiò, Vtrum maledictio sit peccatum mortale. Quartò, De comparatione eius ad alia peccata.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum licet maledicere aliquem.

AD PRIMUM sic proceditur. Vr, qd nō licet maledicere aliquem. Non est enim licitum preterire mandatum Apostoli, in quo Christus loquebatur, ut dicitur ad Corin. 13. sed ipse præcipit Rom. 12. Bñdicite, & nolite maledicere: ergo nō licet aliquem maledicere. ¶ 2 Præte. Omnes tenentur Deum benedicere, sicut illud Dan. 3. Bene dicite filij hominum domino: sed nō pōt ex ore eodem procedere benedictio Dei, & maledictio hominis, ut probatur Iacob. 3. ergo nulli licet aliquem maledicere.

¶ 3 Præte. Ille qd aliquem maledicit, vir optare e ius malum culpa, uel peccatum, quia maledictio videt esse imprecatio quædam: sed non licet desiderare malum alterius, quinimmo orare oportet pro omnibus, ut liberentur a malo: ergo nulli licet maledicere.

¶ 4 Præte. Diabolus p obstinationē maxime subiectus est malitia: sed nō licet alium maledicere dia bolum, sicut ne scipsum. dicit. n. Eccl. 11. Cū maledicit impius diabolum, maledicit ipse anima suā: ergo multo minus licet maledicere hominem.

¶ 5 Præte Numer. 23. super illud, Quo maledicā, cui non maledicit Dñs, dicitur gl. Non potest esse iusta maledicendi causa, ubi pccantis ignoratur affectus: sed homo non potest scire affectum al terius hominis, nec etiam utrum sit maledictus à Deo: ergo nulli licet aliquem hominem maledicere.

SED CONTRA est, qd Deute. 27. dicitur. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius. Elifex est pueri sibi illudetibus maledixit, ut habetur 4. Reg. 2.

REСПОНДО. Dicendum, qd maledicere idem est, quod malum dicere. Dicere autem tripliciter se habet ad id, quod dicitur. Vno modo, per modum enuntiationis, sicut aliquid exprimitur modo indicatio, & sic maledicere nihil aliud est, quam malum alterius referre, quod pertinet ad detractionem: vnde quandoque maledicti detractores dicuntur. Alio modo, dicere se habet ad id, quod dicitur per modum cause: & hoc quidem primo, & principaliter competit Deo, Secunda secundæ S. Tho.

liter, & materialiter: & quod quandoque est peccatum mortale, & qd ueniale. Nā maledictio formaliter est ex suo genere mortale, ut patet. Materialiter autem si fit optative, nō est mortale: si uero, fieri imperative, posse esse mortale. Et ratio diversitatibus est, quia præter intentionem optative maledictio, neutrum legit, qd nec ex intentione, nec ex opere. Imperative aut quandoque legit ex opere ministri obsequenti, qd uis non ex propria intentione. Dixi autem, ex suo genere, quia propter imperfectionem actus, si uis ex parte obiecti, ut si parum malum operi, uel imperi: si uis ex parte operantis, ut si ex ira aut alicui passione maledicat quācumque affectu tendat in malum, qd non ex consensu rationis in malum tenet, deficit a perfecta ratione peccari, sicut in ceteris peccatis ex suo genere contingit, ac per hoc non est mortale, ut in articulo 3. dicitur. Et hinc patet, qd maledictiones filiorum a parentibus, quæcumque transferuntur, nō sunt mortalia peccata. Diferentia tñ hæc inter tempus passionis, & tempus quietis, ne fallaris. Et scito, qd ex hoc, qd maledictus post transferencem passionis dolebat, si eueneret malum, qd optauit, nō propter signum est, qd fuerit peccatum ueniale maledictio, ac qd non ex intentione maledicere: quoniam si tempore iræ aut alterius passionis tñ inuiuauit passio, ut portione superiorē ad contumescere maledictionis flexerit, mortale pccatum est: scilicet cu pccatio cōcupi scientia tamum exarcat, qd trahit ad cōlens in actu uenerit. Oportet ergo ad ipsa passionis tñ pccatum inspicere, an tñ maledictos consenserit, hoc est, tolluisse pccatum, qd sic esset ne dicebat, an nō. Hoc enim tempus infallibiliter ostendit, an mortale, an ueniale fuerit. Tempus autem

4. di. 18. q. 2.
art. 1. q. 2. ad
1. Et mir. q.
2. art. 8. ad
10 & 15. Et
Psalms. 5. Et
R. o. 11. & 12.
c. lca. 11.

BUT Origenes
in Hom. 15.
in Name. pa-
rum a me-
dio. com. 1.

qui omnia suo uerbo fecit, secundum illud Psal. 32. Dixit, & facta sunt. Consequenter autem com petit hominibus, qui verbo suo alios mouent per imperium ad aliquid faciendum: & ad hoc instituta sunt uerba imperatiui modi. Tertio modo, ipsum dicere se habet ad id, quod dicitur, quasi expressio quadam affectus defiderant id, quod verbo exprimitur: & ad hoc instituta sunt uerba optatiui modi. Prætermilie ergo primo modo maledictionis, qui est per simplicem enuntiationem mali, considerandum est de aliis duobus. Vbi scire oportet, quod facere aliquid, & uelle illud, se consequuntur in bonitate, & malitia, ut ex supradictis^{*} patet. Vnde in istis duobus modis, quibus malum dicitur per modum imperanti, vel per modum optantis, eadem ratione est aliqd licitum, & illicitum. Si enim aliquis imperet uel optet malum alterius, in quantum est malum, quasi ipsum malum intendens, sic maledicere vtroque modo erit illicitum: & hoc est maledicere, per se loquendo. Si autem alias impetrat, vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum, nec erit maledictio, per se loquendo, sed per accidens: quia principalis intentio dicentis non fertur ad malum, sed ad bonum. Contingit autem malum aliquod dici imperando vel optando sub ratione duplicitis boni. Quandoque quidem sub ratione iusti, & sic iudex licet maledicere illi, cui præcipit iustum poenam inferri. Et sic etiam Ecclesia maledicit anathematizando: sicut & prophetæ in scripturis quandoque imprecantur mala peccatoribus, quasi conformantes voluntatem suam diuinæ iustitiae, licet haec imprecaции possint etiam per modum prenuntiationis intelligi. Quandog; verò dicitur aliquod malum sub ratione utilis, puta, cum aliquis optat aliquem peccatorē partim aliquam agravitudinem, aut aliquod impedimentum, vel ut ipse melior efficiatur, uel ut saltet ab aliorum documento cefset.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod Apostolus prohibet male dicere per se loquendo cum intentione mali. Et similiter dicendum ad secundum.

A D T E R T I U M dicendum, quod optare alicui malum sub ratione boni non contrariatur affectui, quo quis simpliciter alicui optat bonum: sed magis habet conformitatem ad ipsum.

A D Q U A R T U M dicendum, quod in diabolu est considerare naturam & culpam. Natura quidem eius bona est, & à Deo, nec cam male dicere licet: culpa autem eius est maledicenda, sicut illud Job 3. Maledicunt ei qui maledicunt dici. Cum autem peccator maledicit diabolum propter culpam, seipsum simili ratione iudicat maledictione dignum: & ēm hoc dicitur maledicere animam suam.

A D Q U I N T U M dicendum, quod effectus peccantis est in seno uideatur, potest tamen percipi ex aliquo manifesto peccato pro quo pena est infligenda. Similiter etiam quāmuis scribi non possit quem Deus maledicet ēm finalē reprobationem, potest tamen scribi quis sit maledictus à Deo, ēm reatum praesentis culpe.

Vtrum liceat creaturam irrationalē maledicere.

A D S E C U N D U M sic procedit. Videtur, quod non liceat creaturam irrationalē maledicere. Maledictio enim praepue videtur esse licita, in quantum recipiebit penam: sed creaturam irrationalis non est suscepit, non culpae, nec poena: ergo cam maledicere non licet.

To Prête. In creatura irrationali nihil inuenitur nisi natura, quam Deus fecit: hanc autem maledicere non licet, etiam in diabolo, ut dicuntur.^{*} Est ergo creaturam irrationalē modo licet maledicere.

To Præterea. Creatura irrationalis est corpora, aut est transiens, sicutem est Gregorius dicit in 4. Moral. Ordine dicere non existent, utrumque in eo nullo modo licet maledicere irrationali.

S E D C O N T R A est, quod Dominus faciūt, ut habetur Matth. 10. Et hoc maledicere, ut habetur Job 3.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod siatio, uel maledictio propriæ illam naturam, cui potest aliqd bene, vel male committet rationali creature. Creaturæ autem libibus bonum uel malum dicitur contingere ad creaturam rationalē, propter rationem ordinantis autem mode, per modum subventionis, et scilicet ex creaturis irrationalibus ratione manuæ necessitatib; & hoc modo David dicit, Gen. 3. Maledicta terra in operib; per eius sterilitatem homo puniri, et intelligitur quod habetur Deut. 28. Bona reatua, & infra. Maledicti horum sunt David maledixit mōtes Gelboe, secundum expositionē. Alio modo, creatura irrationalē ad rationalem permodum significat.

maledixit scilicet in significationem Iudeæ. Ter modo, ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum continentis, scilicet temporis, vel loci & sic maledixit Iob die nativitatis sue propter culpam originalē, quam nascendo contraxit, & propter sequentes penitentias. Et propter hoc etiam potest intelligi David maledixisse montibus Gelone, ut legitur 2. Regum 1. scilicet propter cadē peccati, quae in eis contingit. Maledicere autem est irrationalibus, in quantum sunt creature Dei, et peccatum blasphemia: maledicere autem est secundum se consideratis est otiosum, & vanum, & per consequens illicitum. Et per hoc patet responso ad obiecta.

ARTICVLVS. III.

Vnum maledicere fit peccatum mortale.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod maledicere non sit peccatum mortale. Augustinus enim in homilia de Igne purgatorio, numerat maledictionem inter levia peccata: hec autem sunt venialia: ergo maledictio non est peccatum mortale, sed ueniale.

¶ Præt. Ea qua ex leui motu mentis procedit, non videntur vniuersaliter esse peccata mortalia: sed interdum maledictio ex leui motu procedit, ergo maledictio non est peccatum mortale.

¶ Præt. Grauius est maledicere, quam maledicere: sed maleficere non semper est peccatum mortale: ergo multo minus maledicere.

SED CONTRA. Nihil excludit à regno Dei, nisi peccatum mortale: sed maledictio excludit à regno Dei, secundum illud I.ad Corinth. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. ergo maledictio est peccatum mortale.

RE S P O N S O. Dicendum, quod maledictio, de qua nunc loquimur, est per quam pronuntiatur malum contra aliquem vel imperando, vel operando. Velle autem, vel imperio mouere ad malum alterius, secundum se repugnat charitati, quia diligimus proximum, uolentes bonum ipsius: & ita secundum suū genus est peccatum mortale, & tāto grauius, quanto personam, cui maledicimus, magis amare, & reuerteri tenemur. Vnde dicitur Leui. 20. Qui maledixit patri suo, & matri morte moriatur. Contingit tamen verbum maledictionis prolatum, esse peccatum ueniale, vel propter paruitatem mali, quod quis alteri male dicendo, impetratur: vel etiam propter affectum eius, qui profert maledictionis verba, dum ex leui mortu, uel ex ludo, aut ex surpremissione aliqua, talia verba profert, quia peccata uerborū maxime ex affectu penfantur, ut supra dictum est. * Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS. IV.

Vnum maledicere fit gravius peccatum, quam detractione.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod maledictio sit grauius peccatum, quam detractione. Maledictio enim videtur esse blasphemia quedam, ut patet per id, quod dicitur in Canonica Iudea, quod cum Michael archangelus cum diabolo disputans, alteraretur de Moyssi corpore, non est auctus iudicium inferre blasphemia: & accipitur ibi blasphemia pro maledictione, secundum glossam. * blasphemia autem est grauius peccatum, quam detractione.

Argo maledictio est grauior detractione.

¶ Præt. Homicidium est detractione grauius, ut supra dictum est. * sed maledictio est per peccato homicidij, dicit enim Chrysost. † super Matth. Cum dixeris, Maledic ei, & domum euerte, & omnia perdire fac, nihil ab homicida differt: ergo maledictio est grauior, quam detractione.

¶ Præt. Causa preminet signo: sed ille qui maledicit, causat malum suo imperio: ille autem qui detractionis, solum significat malum iam existens: grauius ergo peccat maledicere, quam detractione.

SED CONTRA est, quod detractione non potest bene fieri: maledictio autem fit bene, & male, ut ex dictis patet: ergo grauior est detractione, quam maledictio.

B R E S P O N D E O. Dicendum, quod sicut in primo habito est, duplex est malum, scilicet culpe, & pena.

Malum autem culpæ peius est, ut ibidem ostenduntur: est: unde dicere malum culpæ peius est, quam d. cere malum pena: dummodo sit idem modus dicendi, Ad cotumeliosum ergo, & si furonē, & detractionē, & etiā desideriū pertinet dicere malum culpæ: sed ad maledicentem, prout nunc loquimur, pertinet dicere malum pena, non autem malum culpæ, nisi forte sub ratione pene. Non tamē est idem modus dicendi: nā ad prædicta quatuor uitia pertinet dicere malum culpæ solum enunciando. Per maledictionem uero dicitur malum pena uel causando per modum imperii, uel optando. Ipse autem enuntiatio culpæ peccatum est, in quantum aliquid nocumentum ex hoc proximo infertur. Grauius autem est nocumentum inferre, quam nocumentum desiderare: ceteris paribus: unde detractione secundum communem rationē grauius peccatum est, quam maledictio simplex desideriū exprimens. Maledictio uero quæ sit per modum imperii, cum habeat rationē caue, potest esse detractione grauior, si maius nocumentum inferat, q̄ sit denigratio famæ: vel leuior, si minus. Et hec quidem accipienda sunt secundum ea, quæ per se pertinent ad rōnem horum uitiorū. Posunt autem, & alia per accidens considerari, quæ prædicta uitia uel agent, vel minuantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod maledictio creature, in quantum creatura est, redundat in Deum, & sic per accidens habet rationē blasphemie: non autem si maledicatur creature propter culpam. Et eadem ratio est de detractione.

DICENDUM secundum dicendum, quod sicut dictum est, * maledictio uno modo includit desiderium mali. Vnde si ille qui maledicit, uelit malum occisionis alterius, desiderio non differt ab homicida: differt tamen, in quantum actus exterior aliquid adiicit uoluntati.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa procedit de meledictione, secundum quod importat imperium.

E QVAESTIO LXXVII.

De fraudulentia, que committitur in emptionibus, & uenditionibus, in quatuor articulos divisa.

DE INDE considerandum est de peccatis, quæ sunt circa uoluntarias commutations. Et primò de fraudulentia, quæ committitur in emptionibus, & uenditionibus. Secundo, de usura, quæ sit in mutuis. Circa

Secunda Secunda S.Thoma.

¶ Super quistio. 77.

I N principio intro

ductionis q. 77. ubi redditur pro causa, quare de solis his

dubius uitii commutacionum uoluntariarum, hoc est, de

fraudulentia, & illa tractandum est,

scilicet quia circa a-

llias uoluntarias com-

mutationes, non in-

ueniunt aliquæ. Ipse

Z. cies